

πνεύματι συμπηξάμενος. Οὗτος ὁ τὸν Ἀδάμ διαπλάτ-
των, ὃ συνεβουλευόμεν πρὸς ποιῆσαι ἄνθρωπον. Οὗτος ὁ
λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς καὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον.
Οὗτος ὁ τὸν Ἐνὼχ παραδόξως μεταθεὶς ἐξ ἀνθρώπων.
Οὗτος ὁ ὁρώμενός τε καὶ νοοῦμενος. Οὗτος ὁ σὺν
ἐμοὶ ὢν, καὶ ἐπὶ τὸ ὕψος ἐστώς. Οὗτος ὁ μεθ' ὑμῶν
συναναστρεφόμενος, καὶ ἐκ τοῦ Γεννήτορος μὴ χω-
ριζόμενος. Οὗτος ὁ ἄχρονος, ὁ ἀναρχος, ὁ ἀδιάδοχος,
ὁ αἰδίας, ὁ ἀναλλοίωτος, ὁ ἀκατάληπτος, ὁ ἀφραστός,
ὁ ἀπερινόητος. Οὗτος ἐστίν, οὐκ ἐγένετο, οὐκ ἐκτί-
σθη. Ἔστι κατὰ φύσιν, οὐ κατὰ χάριν. Ἔστιν οὐ τῷ
χρόνῳ τὸ εἶναι λαβὼν. Ἔστιν, ἦν γὰρ καὶ πρῶην,
καὶ ὑπῆρχεν. Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ τῷ χρόνῳ ἐγενόμην.
Πατήρ, ἀλλὰ πάντοτε ὑπάρχω Πατήρ. Εἰ δὲ πάντοτε
ἐγὼ Πατήρ, πάντοτε καὶ οὗτος Υἱός, πάντοτε καὶ τὸ
Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ σὺν ἐμοί, καὶ τῷ Υἱῷ συμπροσ-
κυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A cum quo consilium de faciendo homine commu-
nicavi. Hic qui e limo terræ hominem finxit. Hic
qui Enoch mirabiliter transtulit ex hominibus. Hic
qui et visu et intellectu percipitur. Hic qui me-
cum est, et in monte stetit. Hic qui vobiscum
versatur, et a Genitore non separatur. Hic sine
tempore, sine principio, æternus, immutabilis, in-
comprehensibilis, ineffabilis, incogitabilis. Hic est,
non factus est, non creatus est. Est natura, non
gratia. Est, non tempore cœpit esse. Est; erat
enim etiam ante, et exsistebat. Neque enim ego
in tempore factus sum Pater, sed semper sum
Pater. Quod si semper ego Pater, semper et hic
Filius, semper et Spiritus sanctus, qui mecum, et
cum Filio una adoratur et conglorificatur nunc et
semper, et in sempiterna sæcula sæculorum. Amen.

TIMOTHEI III ALEXANDRINI FRAGMENTA DOGMATICA.

MONITUM.

(Aug. Mai, *Spicileg. Rom.* t. III, p. 708.)

Inseram hic homiliam Timothei III Alexandrini patriarchæ hæretici, ex Syriaco codice Vaticano 105 sumptam (vide *Script. vet.* t. V part. II, p. 59), quæ etsi idem argumentum Christi Dei et hominis, a Monophysitis sæpe corruptum, tractat, nihil tamen reprehensione dignum continere videtur. Timotheus hic Alexandriam anno Christi 519 adiit, anno autem 535 mortem cum vita commutavit. Homiliæ autem, cujus titulum infra recitabimus, mediocri fragmentum Græce, id est in originario sermone, conservavit Cosmas Indicopleusta lib. x, p. 552 (1) inter Patrum auctoritates ab ipso consarcinatas. Integram vero codex Syrus prædictus exhibet; quare mihi placet partes quidem priorem et postremam apud Syros tantummodo exstantes Latine exhibere, mediam vero apud Cosmam superstitem, Græce attexere; ita ut ex utraque lingua totus hic sermo lectoribus repræsentetur.

Homilia Timothei archiepiscopi Alexandrini, dicta in ambone ecclesiæ Dionysii, cum lecta fuissent evangelica verba Joannis, « Jesus autem fatigatus est itinere, et sedit »¹¹. « Habita est die Dominica, xxii Maii, indictione quarta.

Paulo aliter Græcus titulus :

Τιμοθέου, ἐν τῇ Κυρίῳ ἐκκλησίᾳ Κυριακῆς οὔσης, Παλὼν κβ', ινδ. ε', ἀγανωσθέριος τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου. « Ὁ δὲ Ἰησοῦς κεκοπιακῶς ἐκ τῆς ὁδοπορίας, ἐκαθέζετο. »

INCIPIT HOMILIA.

Dominus et Deus noster Jesus est ipsa veritas, fiducia ac lux. Nulla in hoc est difficultas, nihil abstrusum, nihil quæstioni obnoxium; sed se talem credi perfecte voluit, qualis reapse est.

Τοιγαροῦν ἐπειδὴ Θεός ἐστιν ὅμα καὶ ἄνθρωπος ὁ C Quia itaque una Deus et homo ipse est, utram-
αὐτὸς, πιστοῦται διὰ τῶν ἔργων ἀμφοτέρω, καὶ λαν-
θάνειν τοὺς ὁρῶντας οὐκ ἀνέχεται. Ὅτι μὲν γὰρ
φύσει Θεός τέ ἐστι, διὰ τῶν ἔργων καὶ διὰ τῶν
σημείων ἐπιδείκνυται, λεπρούς καθαίρων, φωτίζων
τυφλοὺς, καὶ παρειμένους ῥωννύς, καὶ τεθνηκόσι
διδούς ζωὴν· καὶ τὸ δὴ μέγιστον (ταῦτα γὰρ ἴσως

Quia itaque una Deus et homo ipse est, utram-
que simul ex operibus comprobatur; ita ut specta-
toribus non latere possit. Nam quod natura Deus
sit, ex operibus et signis ostenditur, dum leprosos
mundat, cæcos illuminat, paralyticos roborat, mor-
tuis vitam elargitur: quodque maximum est; nam
hæc prius memorata prophetæ quoque ediderunt.

¹¹ Joan. IV, 6.

(1) Vide hujusce *Patrologiæ*, t. LXXXVIII, col. 437.

diserte et cum fiducia dicit : *Ego et Pater unum sumus*. Verum his quidem, uti jam dixi, deitatis magnitudo comprobatur. Quod autem etiam homo sit, neque id item latere vult et ignorari, ut eos inde praeverteret et frangeret, qui eum phantastice advenisse putant; dum clare et aperte passionibus se subdit : at quibus passionibus? iis scilicet quæ propter infirmitatem, non propter peccatum, carni familiares sunt; esuriem dico, sitim, somnum, defatigationem. Hæc quippe, quæ natura, non voluntate contingunt, eadem patientes peccato non contaminant. His itaque Dominus peccato vacuis passionibus carnem suam obsequi declaravit : manifeste commonstrans, se natura et veritate, non autem specie tantum hominem factum esse.

Ideirco ille esuriit, qui quinque panibus quinque hominum millia satiavit; sitivit is, qui de lapide potum Israeli in deserto elicuit; laboravit is, qui dixit, *Venite ad me, omnes qui laboratis et gravia onera fertis, et ego reficiam vos*¹². Item dixit : *Tristis est anima mea usque ad mortem*¹³, ille qui lacrymas ex omnium facie abstergit. Illum denique dormisse etiam audimus, qui ait non dormire neque dormire cum qui Israelem custodit. Cum igitur audis, o sodes, has humiles passiones, cave ne ab excelsa divinitate unigeniti Filii Dei discedas. Ait præterea divus evangelista, Jesum ex Judæa secessisse; id quod ob multa significanda patravit; primo ut suam divinitatem ostenderet; iterum ut demonstraret se tempore idoneo interfectores suos vitare, ne isti audacter Deum tentarent; denique ne ante statutum tempus ansam perfidis Judæis præberet, ut suum peccatum perficerent : quare etiam ab his quæsitus ad necem, turbæ immistus delituit. Ideirco discipulos quoque monuit, ne in viam gentium abirent, nec in Samaritanorum urbem introirent. Ergo hæc omnia tempestive optimeque acta sunt; nam et cum morabatur, proderat; et peregrinans, opem ferebat; et cum aliis suberat, tamen docebat; et cum in concione fidenter versabatur, orabat; atque in omnibus animarum salutem operabatur. Cui sit honor in æternum! Amen.

Quæ subsequuntur fragmenta quinque, excerpta sunt e Gallandii Vet. Patr. Biblioth., t. XI, p. 565, 566.

Timotheus in illud : Pater, si possibile est, transeat.

Β Τιμόθεος εἰς τὸ· « Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρ- ελθέτω. »

Id fert natura, ut semper anima in corpore manere expetat, ac discessionem ex vita ægre ferat. Iterumque in ecclesia Sancti Sarapammonis clamabat : His porro majora mihi a Patre tribuentur, resurrectio ex mortuis, renovatio naturæ, ac corruptionis loco, vivificatio.

Ejusdem, in sancta Theophania, in ortum Christi, die Choiac tricesima, indictione decima.

Peperit Virgo hominem perfectum impeccabilem. Et paucis interpositis : Circumcidamur cum Christo, ut una cum illo purgemur.

Et iterum in ecclesia Sancti Theodori, die octava Tubi, indictione decima.

Nam per id quod apparebat, ejus quod latebat vim ostendit.

Ejusdem, in templo, in festo Pachon.

Dei quidem proprium est miracula edere, elementis imperare, futurorum prædictionem enuntiare; hominis vero mansueti et communem vitam

καὶ προφηταὶ κατώρθωσαν), διαβρόχην παρρησιαζόμενος καὶ λέγων· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ ἐν ἐσμεν. Ἀλλὰ τοῖς μὲν, ὡς ἔφην, πιστοῦται τὸ μεγαλοφυὲς τῆς θεότητος. Ὅτι γε μὴν καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ἀληθῶς ὁ αὐτός, οὐδὲ τοῦτο βούλεται λαθεῖν, προανακόπτων τοὺς τὴν φαντασίαν νοσοῦντας, δεικνὺς ἐναργῶς πάθασιν ὑπουργῶν· καὶ ποίοις πάθασιν; ὅσα δι' ἀσθένειαν, οὐ δι' ἁμαρτίαν τῇ σαρκὶ προσωκείωται, τὸ πεινῆν λέγω, καὶ διψῆν, καὶ ὑπνοῦν καὶ κοποῦσθαι. Ταῦτα γὰρ φύσει, καὶ οὐ προαιρέσει συμβαίνοντα, ἁμαρτίαν τοῖς ὑπομένουσιν οὐ προστρέβεται. Τοῦτοίς οὖν ὁ Κύριος τοῖς ἀναμαρτήτοις πάθασιν ἔφησε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα πειθαρχεῖν, δεικνὺς σαφῶς ὡς φύσει καὶ ἀληθείᾳ, καὶ οὐ δοκῇ, γέγονεν ἄνθρωπος.

Φύσις γὰρ αἰὲν τὴν ψυχὴν ἐμφιλοχωρεῖν ἐν τῷ σώματι, καὶ δυσχεραίνειν πρὸς ἀποβίωσιν. Καὶ πάλιν ἐν τῷ Ἀγίῳ Σαραπάμμων ἐβόα· Καὶ μείζονα δὲ τούτων δοθήσεται μοι παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις, φύσει ἀνακαινισμὸς, καὶ ἀντὶ φθορᾶς, ζωοποίησις.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνια, εἰς τὴν γενέθλιον τοῦ Χριστοῦ, ἡμέραν Χοιάκ Α', ἰνδ. ι'.

Ἐτεκεν ἡ Παρθένος ἄνθρωπον τέλειον, ἀναμαρτήτον. Μετ' ὀλίγα· Συμπεριτμηθῶμεν Χριστῷ, ἵνα καὶ συγκαθαρθῶμεν αὐτῷ.

Καὶ πάλιν ἐν τῷ Ἀγίῳ Θεοδώρῳ, Τυβὶ η', ἰνδ. ι'.

Διὰ γὰρ τοῦ φαινομένου ἔδειξε τὴν δύναμιν τοῦ κρυπτομένου.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῷ ἱερῷ ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Παχῶν.

Θεοῦ μὲν ἴδιον τὸ θαυματουργεῖν, καὶ τοῖς στοιχείοις ἐκτάττειν, καὶ τῶν μελλόντων ποιεῖσθαι τὴν προαγόρευσιν· ἀνθρώπου δὲ ἡμέρου καὶ κοινωνικοῦ,

¹² Matth. xi, 28. ¹³ Matth. xxvi, 38.

ἡ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς συνουσία, ἡ πρὸς τοὺς μαθη-
τάς καὶ γνωρίμους ὁμιλία. Διὰ τοι ταῦτα ὁ Κύριος
ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ Θεὸς ὢν ἐκ Θεοῦ, καὶ δι'
ἡμᾶς γεγονὼς ἄνθρωπος, καὶ τὴν τῆς θεότητος ἐπι-
δείκνυται δύναμιν, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος φυλάττει
τοὺς νόμους· ὅπερ ἦν τε καὶ ἔστι διὰ τῶν σημείων
πιστούμενος, καὶ ὃ γενέσθαι κατηξίωτε, διὰ τῶν
ἔργων ἐπιδεικνύμενος.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τῆς ἀναλή-
ψεως τοῦ Κυρίου ἡμέρᾳ, Παχῶν κε', ινδ. θ',
εἰς τὸ ρητόν τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου,
τὸ λέγον, « Συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω. »

Ἄλλ' οἷα καὶ νῦν τὰ παρ' αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἀοιδί-
μους μαθητάς εἰρημένα κατανοήσωμεν, Συμφέρει
ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω. Διὰ τὴν ὑμῶν σωτηρίαν ἐπὶ
τῆς γῆς παραγέγονα, διὰ τὴν ὑμῶν ὠφέλειαν πρὸς
τὸν οὐρανὸν ἀνιέναι καλόν. Ἀσώματος κατήλθον δι'
ὑμᾶς, ἐκεῖ γενέσθαι μετὰ τοῦ σώματος συμφέρον·
πρὸς οὐρανὸν γὰρ ὑμῶν ἐλκῦσαι τὸ γένος προήρη-
μαι· δεῖ με μετὰ σαρκὸς τὴν ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς
καθέδραν ἀπολαβεῖν. Ἐγκαινίσαι με δεῖ τὴν ξένην
πορείαν, καὶ δεῖξαι βατὸν τοῖς ἀνθρώποις τὸν οὐρα-
νόν. Ὅδεύω πρῶτος διὰ τοῦ ἀέρος, ἵνα καὶ ὑμεῖς
ὕστερον ἀρπαγῇτε εἰς αἴρα ἐν νεφέλαις εἰς τὴν
ἡμετέραν ἀπάντησιν. Καὶ τοῦτον ἀκοῦσαι ὥσθην τὸν
ἀναγινώσκοντα, πῶς τὸν ἄνθρωπον διαβρήδην βοᾷ
δυσχεραίνοντα πρὸς ἀποδίωσιν· καὶ τοῦτον διὰ τοῦ
πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως ἀφθαρσίαν καὶ ἀνακαι-
νισμόν φύσεως λαμβάνοντα καὶ ζωοποιήσιν, τὸν
πρώην πάθεσιν ὑπουργοῦντα καὶ κοπούμενον διὰ τὴν
περικειμένην ἀσθένειαν, καὶ πρὸς οὐρανὸν ὅτι ἐλκυ-
σθέντα, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας ἔξιωμένον, καὶ
τὴν ξένην πορείαν πρῶτον δραμόντα, καὶ βατὸν
πρῶτος ἀνθρώπων τὸν οὐρανὸν ποιήσαντα.

ὦ τῶν ἀσυμφώνων συμφωνία! ὦ τῶν ἀποσχιστῶν
ἀκούσιος συνάφεια! ὦ τῶν λοιδορῶν οὐχ ἑκούσιος εὐ-
φημία, ἡγουν συγκατάθεσις! πῶς κατὰ πάντα οὐκ
ἐδείχθημεν τέκνα τῆς Ἐκκλησίας; Φασὶ δὴλονότι,
Ὅδον οὐκ ἐπρίψαμεν. Πῶς οὐ κατὰ πάντα κατὰκρι-
τοι οἱ τοῦτοις πᾶσιν ἀπειθοῦντες, ἢ ἀντιλέγοντες;
Πῶς οὐ κατὰ πάντα μεμαρτυρημένη ἡ ἡμετέρα
γραφὴ γνήσιον τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως
γέννημα; Θεὸς μάρτυς, εἴτα ἀπόστολοι, προφῆται,
ἀγίων Πατέρων πολυώνυμος χορὸς.

¹⁴ Joan. xvi, 7.

agentis, parentes honorare, cum fratribus versari,
discipulos et notos alloqui. Ideo Dominus noster
Jesus Christus, cum Deus ex Deo sit, ac propter
nos homo factus sit, et vim deitatis ostendit, et le-
ges humanitatis servat : quod semper est et fuit ex
signis comprobans, ac id quod fieri dignatus est,
operibus commonstrans.

Ejusdem, in quadragesima assumptionis Domini die,
Pachon vicesima quinta, indictione nona, in di-
ctum Evangelii secundum Joannem : « Expedit vo-
bis ut ego vadam ¹⁴. »

Verum illa quæ præclaris discipulis jam dicta
sunt consideremus : *Expedit vobis ut ego vadam.*
Salutis vestræ causa in terram veni, utilitatis ve-
stræ gratia ut in cælum ascendam opus est. Incor-
poreus descendi propter vos; ut illuc cum corpore
concedam, consentaneum est : genus vestrum in
cælum trahere decrevi : oportet me cum carne ad
dexteram Patris sedem recipere. Ut iter olim ex-
traneum jam novum parem, utque cæli aditum
apertum hominibus ostendam, necesse est. Primus
per aerem iter habeo, ut et vos demum in aerem
in nubibus obviam nobis rapiamini. Hunc me au-
dire putabam legentem, quo pacto scilicet homi-
nem qui tanto mortis horrore tenetur, cum clamore
compellet : hunc nempe qui per passionem et re-
surrectionem, incorruptionem et naturæ renova-
tionem et vivificationem accipit; qui prius ob astan-
tem infirmitatem passionibus et defatigationi sub-
jectus erat; qui in cælum pertractus et sessione
ad dexteram Patris dignatus est; qui extraneam et
insolitam viam prior decucurrit, ac primus homi-
num cælum adiri posse commonstravit.

O rerum minime consonantium consonantiam!
o involuntariam schismaticorum concordiam! o
conviciatorum non spontaneam laudum emissionem
sive consensum! cur non per omnia Ecclesiæ filii
comprobamur? Aiunt scilicet, Viam non trivimus.
Qui non penitus damnandi sint, qui his omnibus
non obtemperant, sed contradicunt? Qua ratione
hæc scripta nostra tot testimoniis firmata, ut ger-
manus ecclesiasticæ traditionis fetus non habeantur?
Deus testis est; hinc apostoli, prophetæ, et
sanctorum Patrum celebratissimus chorus.

MONITUM.

(ANG. MAI, Script. vet. Biblioth., V, 541.)

Timothei patriarchæ Alexandrini sermo quidam exstat in codice Arabico Vat. CLXXII, ex Græco sine
dubio translatus; quia nunquam Arabice Timotheus locutus est. Codicis descriptionem ex Assemani
schedis sumptam habes in nostro volumine IV Script. vet., p. 312; non sine mendo tamen Timotheus ibi